

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli n  
cum uariis

O mirabiles quoque fluuios nobis genuit Paulus, non secundum paradysi fontem quattuor tantum sed eciam multo plures ac cotidie fluentes, non terram irrigantes sed animas hominum ad producenda uirtutum germina suscitantes! Quis igitur ad explicanda Pauli merita sermo sufficiet? Que lingua laudibus eius inuenietur equalis cum omnia que sunt in hominibus bona anima una possideat, et ea cuncta plene atque cumulate nec solum hominum sed eciam, quod plus est, angelorum?

Crisostomus ibidem omelia I.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quoque *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quattuor] 9. P V<sup>1</sup>, *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; terram] ir *add. (del. sub lin.)* B; uirtutum germina] germina virtutum P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; inuenietur] inuenitur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>; que *om.* (*cor. in marg.*) M; hominibus] omnibus L<sup>2</sup>; eciam] et P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; plus] potius P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>